

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Publii Terentii Comoediae sex

Terentius Afer, Publius

Francofordiae ad Oderam, 1606

Actvs II. Scena IIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-139622](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-139622)

ANDRIÆ.

Veliditur :
Potius
dissyllabum
est.

Dabit nemo, inueniet inopem potius, quam te cur-
rumpti sinat.
Sed si te æquo animo ferre accipiet, negligentem
feceris,

Aliã ociosus quæret: interea aliquid acciderit boni
Pa. Itan' credis? Da haud dubium id quidem est. Pa.
vide, quod me indicas Da. quin taces.

Alias alia.
Vide, Pyrrhi
sibi est.
alias, ab
illa

Pa. Dicam, puerum autem ne relescat mihi esse &
ex illa, cauto est.

Nam pollicitus sum suscepturum. Da. ô facinus au-
dax Pa. hanc fidem

Sibi, me obsecrauit, qui se sciret non deserturum vi-
darem.

Da. Curabitur, sed pater adest, caue te esse tristem
sentiat.

(a) Duæ syllabæ defunt. Fortè descriptum erat,
Faciã Daue. Et quoniam sequitur nomen perso-
na lector putauit idem bis positum.

ACTVS II. SCENA III.

Iambici trimetri.

D AVVS, P AMPHILVS.

REniso quid agent, aut quid captent consilij.
Da. Hic nunc non dubitat, quin te ducturum
neget:

Venit meditatus alicunde: ex solo loco.

Orationem sperat inuenisse se,

Qua differat te proin tu face, apud te vt sies.

ACTVS II. SCENA V.

Pa. Modò vt possim. Da. crede mihi hoc inquam
Pamphile,

Nunquam hodie tecum commutaturum patrem
Vnum esse verbum, si te dices ducere.

ACTVS II. SCENA V.

Iambici trimetri.

BTRRHIA, SIMO, DAVVS.

PAMPHILVS.

Herus me, relictis rebus, insit Pamphilum
Hodie obseruare, vt, quid ageret de nuptijs
Scirem, id propterea nunc huc venientem sequor.
Ipsum adeo video cum Dauo, hoc agam.

Si. Vtrumq; adesse video. D. hem serue. S. Pamphile.

Da. Quasi de improviso respice ad eum. Pa. ehem
pater.

Da. Probè. Si. hodie vxorem ducas, vt dixi, volo.

By. Nunc nostræ parti timeo quid hic respondeat.

Pa. Neq; istic, neq; alibi tibi vsquam erit in me mo
ra. By. bem. In istic est.

Da. Obmutuit. By. quid dixit? Si. facis vt te decet,
Cum istuc, quod postulo impetro cum gratia.

Da. Sum verus? By. herus quantum audio, vxore ex
cidit.

Si. I iam nunc intrò, ne in mora cum opus sit, fies.

Pa. Eo. By. nullane in re esse homini cuiquam fidè:
Verum illud verbum est, vulgo, quod dici solet:

OMNES sibi malle melius esse, quàm alteri.

E 4

Ego